Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Zabat plo. Herodes aut tetrarcha
cum corriperetur a illo de herodia
de uxore fratris sui et de omnibus
malis que fecit adiecit et hoc supra
omnia et inclusit iohannem in car
cere. factum est autem cum baptiza
retur omnis plus. et thesu baptizato
et orante aptum est celum et descen
dit spiritus sanctus corporali specie
sicut columba in ipm. et uox de celo
facta est. Tu es filius meus dilctus
in te complacui mi. Et ipe thesus e
rat incipiens quasi annorum xxx
ut putabatur filius ioseph. Qui fuit
hely. Qui fuit mathan. Qui fuit leui
Qui fuit melchi. Qui fuit Janne. Qui
fuit ioseph. Qui fuit mathathie. Qui
fuit amos. Qui fuit naum. Qui fuit
eli. Qui fuit naggie. Qui fuit maath.
Qui fuit mathathie. Qui fuit semey.
Qui fuit ioseph. Qui fuit iuda. Qui
fuit Johanna. Qui fuit resa. Qui
fuit zorobabel. Qui fuit salathiel
Qui fuit neri. Qui fuit melchi. Qui
fuit addi. Qui fuit cholam. Qui fuit
chelmedam. Qui fuit her. Qui fuit
ihu. Qui fuit eliezer. Qui fuit Jora.
Qui fuit mathat. Qui fuit leui. Qui
fuit symeon. Qui fuit iuda. Qui fuit
ioseph. Qui fuit Jona. Qui fuit elia
chim. Qui fuit melcha. Qui filii me
na. Qui fuit mathatha. Qui filii na
than. Qui fuit dauid. Qui fuit yesse
Qui fuit obet. Qui fuit booz. Qui fuit
salmon. Qui fuit naasson. Qui fuit
aminadab. Qui fuit aram. Qui fuit
esrom. Qui fuit phares. Qui fuit
iude. Qui fuit iacob. Qui fuit ysaac.
Qui fuit abrahe. Qui fuit thare. Qui
fuit nachor. Qui fuit saruch. Qui fuit
ragau. Qui fuit phalech. Qui fuit
heber. Qui fuit sale. Qui fuit chai
nam. Qui fuit arpharat. Qui fuit
sem. Qui fuit noe. Qui fuit lamech.
Qui fuit mathusale. Qui fuit enoch.
Qui fuit iareth. Qui fuit malale
el. Qui fuit cayuan. Qui filii enos
Qui fuit seth. Qui fuit adam. Qui
fuit dei. IIII

Ihesus autem plenus spiritu sancto re
gressus est a iordane et agebat
spiritu in desertum diebus xl et
tentabatur a dyabolo. Et non
manducauit diebus illis. Et con
sumatis illis esuriuit. Dixit autem
illi dyabolus. Si filius dei es dic
ut lapides isti panes fiant. Et re
spondit ad illum thesus. Scriptum
est. Non in solo pane uiuit homo
sed in omni uerbo dei. Et eduxit
illum dyabolus in montem excel
sum et ostendit illi omnia regna
mundi in momento temporis et ait
ei. Tibi dabo potestatem hanc om
nem et gloriam illorum quoniam
tradita sunt et cui uolo do illa. Tu
ergo si adoraueris coram me erunt
tua omnia. Et respondens thesus
dixit illi. Scriptum est enim. Do
minum deum tuum adorabis et illi soli
seruies. Et duxit illum in heru
salem et statuit eum super pina
culum templi et dixit ei. si filius di
es mitte te hinc deorsum. Scrip
tum est enim. Quoniam angelis
suis mandauit de te ut conseruet